



**Jubilæum Sæculare Ecclesiæ Catholicæ Per Septendecim  
Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,  
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala**

Per Septendecim Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,  
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala ; Ex Annalibus  
Ecclesiasticis collectum Pro Xenio Oblatum Academicæ Sodalitati  
Dominorum B. Mariæ Virginis Annunciatæ Herbipoli, Anno ...

**Herbipoli, 1699**

Decas VI. Ab anno 150. ad 160.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64743](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64743)





## DECAS VI.

✽ Ab anno 150. ad 160. ✽

✽ 151. **N**on cessant sc̄vire in Christianis  
nos variarum Provinciarum  
Præsides.

✽ (152. 153.) ✽ Plurimum tamen proficit res Christiana, maximè in Galliis. Statuit Telesphorus, ut in Natali Domini tres Missæ celebrarentur. Item ut ante Sacrificium Missæ diceretur Hymnus Angelicus *Gloria in excelsis*.

✽ (154.) ✽ Telesphorus Martyrio coronatur, cui in Pontificatu succedit Hyginus.

Multa Romanis molesta acciderunt ✽ sc̄vuit atrox fames per orbem ✽ concidit circulus Romæ. ✽ Terræ motibus civitates variaz afflictæ ✽ Romæ incendium 340. annos assumpsit ✽ intumuit supra modum Tiberis. ✽ Crinitus cometa arsit in cælo. ✽ his Imperator perterritus decretum ad Præsides emisit, & persecutionem Christianorum inhibuit.

✽ (155. 156. 157.) ✽ Valentinus hæresiaracha & Cerdo plurimum vexant Ecclesiam, irridentes eos Christianos, qui sanguinem profunderent pro Christo, qui pro homi-



Ab anno 100. ad 200.

65

hominibus crederetur suum dedisse, hi duo hæretici Valentinus & Cerdo quasi duo aspides sibi invicem virus dedere, mutuos accipientes & retribuentes suos errores. Sæpè etiam sub larvâ pœnitentiæ ad Ecclesiæ communionem recepti, depositâ larvâ, ad vomitum rediere.

*Attribuet prudens & æquus censor hoc speciali triumpho & honori vera Ecclesiæ Romano-Catholicæ, quòd etiam cariosi hæresiarchæ fide verè Palinodiam recantaturi, id sibi potissimum apud Sedem Romanam faciendum putaverint, quia in confesso erat apud omnes, hanc totius Ecclesiæ Christianæ velut metropolim habendam esse.*

\*(158.)\* Hyginus vel Hyginus Papa Martyr extinctus est, eique in locum subrogatus est Pius.

Hyginus ad corrigendas Judaizantes Ecclesias aliquas quæ decimâ quartâ lunâ pascha celebrabant, decreto firmavit, quod jam ab Apostolis traditum erat, ut Pascha celebraretur in die Dominico.

\*(159.160.161.162.)\* Hi anni vacui reperiuntur apud Chronographos, quoad Ecclesiastica gesta; nequaquam tamen dubitari potest, quin facundi fuerint, & feraces multiplicis coronæ Martyrum.

D E-